

Chapter 1

1:1 verbum Domini quod factum est ad Micham
 Morasthiten in diebus Ioatham Ahaz Ezechiae
 regum Iuda quod vidit super Samariam et
 Hierusalem

1:2 audite populi omnes et adtendat terra et
 plenitudo eius et sit Dominus Deus vobis in
 testem Dominus de templo sancto suo

1:3 quia ecce Dominus egreditur de loco suo et
 descendet et calcabit super excelsa terrae

1:4 et consumentur montes subtus eum et valles
 scindentur sicut cera a facie ignis sicut aquae
 quae decurrunt in praeceps

1:5 in scelere Iacob omne istud et in peccatis domus
 Israhel quod scelus Iacob nonne Samaria et quae
 excelsa Iudae nonne Hierusalem

1:6 et ponam Samariam quasi acervum lapidum in
 agro cum plantatur vinea et detraham in vallem
 lapides eius et fundamenta eius revelabo

1:1 The word of the Lord, that came to Micheas, the
 Morasthite, in the days of Joathan, Achaz, and
 Ezechias, kings of Juda: which he saw concern-
 ing Samaria and Jerusalem.

1:2 Hear, all ye people: and let the earth give ear,
 and all that is therein: and let the Lord God be
 a witness to you, the Lord from his holy temple.

1:3 For behold the Lord will come forth out of his
 place: and he will come down, and will tread
 upon the high places of the earth.

1:4 And the mountains shall be melted under him:
 and the valleys shall be cleft, as wax before the
 fire, and as waters that run down a steep place.

1:5 For the wickedness of Jacob is all this, and for
 the sins of the house of Israel. What is the
 wickedness of Jacob? is it not Samaria? and
 what are the high places of Juda? are they not
 Jerusalem?

1:6 And I will make Samaria as a heap of stones in
 the field when a vineyard is planted: and I will
 bring down the stones thereof into the valley,
 and will lay her foundations bare.

Michaeae 1

^{1:7} et omnia sculptilia eius concidentur et omnes
mercedes eius conburentur igni et omnia idola
eius ponam in perditionem quia de mercedibus
meretricis congregata sunt et usque ad mercedem
meretricis revertentur

^{1:8} super hoc plangam et ululabo vadam spoliatus
et nudus faciam planctum velut draconum et
luctum quasi strutionum

^{1:9} quia desperata est plaga eius quia venit usque
ad Iudam tetigit portam populi mei usque ad
Hierusalem

^{1:10} in Geth nolite adnuntiare lacrimis ne ploretis in
domo Pulveris pulvere vos conspergite

^{1:11} et transite vobis habitatio Pulchra confusa
ignominia non est egressa quae habitat in Exitu
planctum domus Vicinae accipiet ex vobis quae
stetit sibimet

^{1:12} quia infirmata est in bonum quae habitat in
Amaritudinibus quia descendit malum a Domino
in portam Hierusalem

Micheas 1

^{1:7} And all her graven things shall be cut in pieces,
and all her wages shall be burnt with fire, and I
will bring to destruction all her idols: for they
were gathered together of the hire of a harlot,
and unto the hire of a harlot they shall return.

^{1:8} Therefore will I lament, and howl: I will go
stript and naked: I will make a wailing like the
dragons, and a mourning like the ostriches.

^{1:9} Because her wound is desperate, because it is
come even to Juda, it hath touched the gate of
my people, even to Jerusalem.

^{1:10} Declare ye it not in Geth, weep ye not with
tears: in the house of Dust sprinkle yourselves
with dust.

^{1:11} And pass away, O thou that dwellest in the
beautiful place, covered with thy shame: she
went not forth that dwelleth in the confines: the
house adjoining shall receive mourning from you,
which stood by herself.

^{1:12} For she is become weak unto good that dwelleth
in bitterness: for evil is come down from the
Lord into the gate of Jerusalem.

Michaeae 2

^{1:13} tumultus quadrigae stuporis habitanti Lachis
principium peccati est filiae Sion quia in te
inventa sunt scelera Israhel

^{1:14} propterea dabit emissarios super hereditatem
Geth domus Mendacii in deceptionem regibus
Israhel

^{1:15} adhuc heredem adducam tibi quae habitas in
Maresa usque Adollam veniet gloria Israhel

^{1:16} decalvare et tondere super filios deliciarum
tuarum dilata calvitium tuum sicut aquila
quoniam captivi ducti sunt ex te

Micheas 2

^{1:13} A tumult of chariots hath astonished the inhabitants of Lachis: it is the beginning of sin to the daughter of Sion for in thee were found the crimes of Israel.

^{1:14} Therefore shall she send messengers to the inheritance of Geth: the houses of lying to deceive the kings of Israel.

^{1:15} Yet will I bring an heir to thee that dwellest in Maresa: even to Odollam shall the glory of Israel come.

^{1:16} Make thee bald, and be polled for thy delicate children: enlarge thy baldness as the eagle: for they are carried into captivity from thee.

Chapter 2

^{2:1} vae qui cogitatis inutile et operamini malum in
cubilibus vestris in luce matutina faciunt illud
quoniam contra Deum est manus eorum

^{2:2} et concupierunt agros et violenter tulerunt et
domos rapuerunt et calumniabantur virum et
domum eius virum et hereditatem eius

^{2:1} Woe to you that devise that which is unprofitable, and work evil in your beds: in the morning light they execute it, because their hand is against God.

^{2:2} And they have coveted fields, and taken them by violence, and houses they have forcibly taken away: and oppressed a man and his house, a man and his inheritance.

Michaeae 2

^{2:3} idcirco haec dicit Dominus ecce ego cogito super
familiam istam malum unde non auferetis colla
vestra et non ambulabitis superbi quoniam
tempus pessimum est

^{2:4} in die illa sumetur super vos parabola et
cantabitur canticum cum suavitate dicentium
depopulatione vastati sumus pars populi mei
commutata est quomodo recedet a me cum
revertatur qui regiones nostras dividat

^{2:5} propter hoc non erit tibi mittens funiculum
sortis in coetu Domini

^{2:6} ne loquamini loquentes non stillabit super istos
non comprehendet confusio

^{2:7} dicit domus Iacob numquid abbreviatus est
spiritus Domini aut tales sunt cogitationes eius
nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte
graditur

^{2:8} et e contrario populus meus in adversarium
consurrexit desuper tunica pallium sustulistis eos
qui transiebant simpliciter convertistis in bellum

Micheas 2

^{2:3} Therefore thus saith the Lord: Behold I devise
an evil against this family: from which you shall
not withdraw your necks, and you shall not walk
haughtily, for this is a very evil time.

^{2:4} In that day a parable shall be taken up upon
you, and a song shall be sung with melody by
them that say: We are laid waste and spoiled:
the portion of my people is changed: how shall
he depart from me, whereas he is returning that
will divide our land?

^{2:5} Therefore thou shalt have none that shall cast
the cord of a lot in the assembly of the Lord.

^{2:6} Speak ye not, saying: It shall not drop upon
these, confusion shall not take them.

^{2:7} The house of Jacob saith: Is the Spirit of the
Lord straitened or are these his thoughts? Are
not my words good to him that walketh up-
rightly?

^{2:8} But my people, on the contrary, are risen up as
an enemy: you have taken away the cloak off
from the coat: and them that passed harmless
you have turned to war.

Michaeae 3

- 2:9 mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum
suarum a parvulis earum tulistis laudem meam
in perpetuum
- 2:10 surgite et ite quia non habetis hic requiem
propter immunditiam eius corrumpetur putredine
pessima
- 2:11 utinam non essem vir habens spiritum et
mendacium potius loquerer stillabo tibi in vinum
et in ebrietatem et erit super quem stillatur
populus iste
- 2:12 congregatione congregabo Iacob totum te in
unum conducam reliquias Israhel pariter ponam
illum quasi gregem in ovili quasi pecus in
medio caularum tumultuabuntur a multitudine
hominum
- 2:13 ascendet enim pandens iter ante eos dividet
et transibunt portam et egredientur per eam
et transibit rex eorum coram eis et Dominus in
capite eorum

Micheas 3

- 2:9 You have cast out the women of my people from
their houses, in which they took delight: you
have taken my praise forever from their children.
- 2:10 Arise ye, and depart, for there is no rest here for
you. For that uncleanness of the land, it shall be
corrupted with a grievous corruption.
- 2:11 Would God I were not a man that hath the
spirit, and that I rather spoke a lie: I will let
drop to thee of wine, and of drunkenness: and it
shall be this people upon whom it shall drop.
- 2:12 I will assemble and gather together all of thee,
O Jacob: I will bring together the remnant of Is-
rael, I will put them together as a flock in the
fold, as sheep in the midst of the sheepcotes,
they shall make a tumult by reason of the multi-
tude of men.
- 2:13 For he shall go up that shall open the way be-
fore them: they shall divide and pass through
the gate, and shall come in by it: and their king
shall pass before them, and the Lord at the head
of them.

Chapter 3

3:1 et dixi audite principes Iacob et duces domus
 Israhel numquid non vestrum est scire iudicium

3:2 qui odio habetis bonum et diligitis malum qui
 violenter tollitis pelles eorum desuper eos et
 carnem eorum desuper ossibus eorum

3:3 qui comederunt carnem populi mei et pellem
 eorum desuper excoriaverunt et ossa eorum
 confregerunt et conciderunt sicut in lebete et
 quasi carnem in medio ollae

3:4 tunc clamabunt ad Dominum et non exaudiet
 eos et abscondet faciem suam ab eis in tempore
 illo sicut nequiter egerunt in adinventionibus suis

3:5 haec dicit Dominus super prophetas qui seducunt
 populum meum qui mordent dentibus suis et
 praedicant pacem et si quis non dederit in ore
 eorum quippiam sanctificant super eum proelium

3:6 propterea nox vobis pro visione erit et tenebrae
 vobis pro divinatione et occumbet sol super
 prophetas et obtenebrabitur super eos dies

3:1 And I said: Hear, O ye princes of Jacob, and ye
 chiefs of the house of Israel: Is it not your part
 to know judgment,

3:2 You that hate good, and love evil: that violently
 pluck off their skins from them and their flesh
 from their bones?

3:3 Who have eaten the flesh of my people, and have
 flayed their skin off them: and have broken, and
 chopped their bones as for the kettle, and as
 flesh in the midst of the pot.

3:4 Then shall they cry to the Lord, and he will not
 hear them: and he will hide his face from them
 at that time, as they have behaved wickedly in
 their devices.

3:5 Thus saith the Lord concerning the prophets
 that make my people err: that bite with their
 teeth, and preach peace: and if a man give not
 something into their mouth, they prepare war
 against him.

3:6 Therefore night shall be to you instead of vision,
 and darkness to you instead of divination: and
 the sun shall go down upon the prophets, and
 the day shall be darkened over them.

Michaeae 4

3:7 et confundentur qui vident visiones et
confundentur divini et operient vultus suos
omnes quia non est responsum Dei

3:8 verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus
Domini iudicio et virtute ut adnuntiem Iacob
scelus suum et Israhel peccatum suum

3:9 audite haec principes domus Iacob et iudices
domus Israhel qui abominamini iudicium et
omnia recta pervertitis

3:10 qui aedificatis Sion in sanguinibus et Hierusalem
in iniquitate

3:11 principes eius in muneribus iudicabant et
sacerdotes eius in mercede docebant et prophetae
eius in pecunia divinabant et super Dominum
requiescebant dicentes numquid non Dominus in
medio nostrum non venient super nos mala

3:12 propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur
et Hierusalem quasi acervus lapidum erit et
mons templi in excelsa silvarum

Micheas 4

3:7 And they shall be confounded that see visions,
and the diviners shall be confounded: and they
shall all cover their faces, because there is no
answer of God.

3:8 But yet I am filled with the strength of the spirit
of the Lord, with judgment and power: to de-
clare unto Jacob his wickedness and to Israel his
sin.

3:9 Hear this, ye princes of the house of Jacob, and
ye judges of the house of Israel: you that abhor
judgment and pervert all that is right.

3:10 You that build up Sion with blood, and
Jerusalem with iniquity.

3:11 Her princes have judged for bribes: and her
priests have taught for hire, and her prophets
divined for money: and they leaned upon the
Lord, saying: Is not the Lord in the midst of us?
no evil shall come among us.

3:12 Therefore because of you, Sion shall be ploughed
as a field, and Jerusalem shall be as a heap of
stones, and the mountain of the temple as the
high places of the forests.

Chapter 4

4:1 et in novissimo dierum erit mons domus Domini
 praeparatus in vertice montium et sublimis super
 colles et fluent ad eum populi

4:2 et properabunt gentes multae et dicent venite
 ascendamus ad montem Domini et ad domum
 Dei Iacob et docebit nos de viis suis et ibimus
 in semitis eius quia de Sion egredietur lex et
 verbum Domini de Hierusalem

4:3 et iudicabit inter populos multos et corripiet
 gentes fortes usque in longinquum et concident
 gladios suos in vomeres et hastas suas in ligones
 non sumet gens adversus gentem gladium et non
 discent ultra belligerare

4:4 et sedebit vir subtus vineam suam et subtus
 ficum suam et non erit qui deterreat quia os
 Domini exercituum locutum est

4:5 quia omnes populi ambulabunt unusquisque
 in nomine dei sui nos autem ambulabimus in
 nomine Domini Dei nostri in aeternum et ultra

4:1 And it shall come to pass in the last days, that
 the mountain of the house of the Lord shall be
 prepared in the top of the mountains, and high
 above the hills: and people shall flow to it.

4:2 And many nations shall come in haste, and say:
 Come, let us go up to the mountain of the Lord,
 and to the house of the God of Jacob: and he
 will teach us of his ways, and we will walk in his
 paths: for the law shall go forth out of Sion, and
 the word of the Lord out of Jerusalem.

4:3 And he shall judge among many people, and re-
 buke strong nations afar off: and they shall beat
 their swords into ploughshares, and their spears
 into spades: nation shall not take sword against
 nation: neither shall they learn war anymore.

4:4 And every man shall sit under his vine, and un-
 der his fig tree, and there shall be none to make
 them afraid, for the mouth of the Lord of hosts
 hath spoken.

4:5 For all people will walk every one in the name
 of his god: but we will walk in the name of the
 Lord, our God, for ever and ever.

Michaeae 4

^{4:6} in die illa dicit Dominus congregabo
claudicantem et eam quam eieceram colligam
et quam afflixeram

^{4:7} et ponam claudicantem in reliquias et eam quae
laboraverat in gentem robustam et regnabit
Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc
et usque in aeternum

^{4:8} et tu turris Gregis nebulosa filiae Sion usque ad
te veniet et veniet potestas prima regnum filiae
Hierusalem

^{4:9} nunc quare maerore contraheris numquid rex
non est tibi aut consiliarius tuus periit quia
conprehendit te dolor sicut parturientem

^{4:10} dole et satage filia Sion quasi parturiens quia
nunc egredieris de civitate et habitabis in regione
et venies usque ad Babylonem ibi liberaberis ibi
redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum

^{4:11} et nunc congregatae sunt super te gentes multae
quae dicunt lapidetur et aspiciat in Sion oculus
noster

Micheas 4

^{4:6} In that day, saith the Lord, I will gather up her
that halteth: and her that I had cast out, I will
gather up: and her whom I had afflicted.

^{4:7} And I will make her that halted, a remnant: and
her that had been afflicted, a mighty nation: and
the Lord will reign over them in Mount Sion,
from this time now and forever.

^{4:8} And thou, O cloudy tower of the flock, of the
daughter of Sion, unto thee shall it come: yea
the first power shall come, the kingdom to the
daughter of Jerusalem.

^{4:9} Now, why art thou drawn together with grief?
Hast thou no king in thee, or is thy counselor
perished, because sorrow hath taken thee as a
woman in labour.

^{4:10} Be in pain and labour, O daughter of Sion, as a
woman that bringeth forth: for now shalt thou
go out of the city, and shalt dwell in the country,
and shalt come even to Babylon, there thou shalt
be delivered: there the Lord will redeem thee out
of the hand of thy enemies.

^{4:11} And now many nations are gathered together
against thee, and they say: Let her be stoned:
and let our eye look upon Sion.

Michaeae 5

4:12 ipsi autem non cognoverunt cogitationes
Domini et non intellexerunt consilium eius quia
congregavit eos quasi faenum areae

4:13 surge et tritura filia Sion quia cornu tuum
ponam ferreum et ungulas tuas ponam aereas et
comminues populos multos et interficiam Domino
rapinas eorum et fortitudinem eorum Domino
universae terrae

Micheas 5

4:12 But they have not known the thoughts of the
Lord, and have not understood his counsel: be-
cause he hath gathered them together as the hay
of the floor.

4:13 Arise, and tread, O daughter of Sion: for I will
make thy horn iron, and thy hoofs I will make
brass: and thou shalt beat in pieces many peo-
ples, and shalt immolate the spoils of them to
the Lord, and their strength to the Lord of the
whole earth.

Chapter 5

5:1 nunc vastaberis filia latronis obsidionem
posuerunt super nos in virga percutient maxillam
iudicis Israhel

5:2 et tu Bethleem Ephrata parvulus es in milibus
Iuda ex te mihi egredietur qui sit dominator
in Israhel et egressus eius ab initio a diebus
aeternitatis

5:3 propter hoc dabit eos usque ad tempus in
quo parturiens pariet reliquiae fratrum eius
convertentur ad filios Israhel

5:1 Now shalt thou be laid waste, O daughter of the
robber: they have laid siege against us, with a
rod shall they strike the cheek of the judge of
Israel.

5:2 And thou Bethlehem Ephrata, art a little one
among the thousands of Juda, out of thee shall
he come forth unto me that is to be the ruler in
Israel: and his going forth is from the beginning,
from the days of eternity.

5:3 Therefore will he give them up even till the time
wherein she that travaileth shall bring forth: and
the remnant of his brethren shall be converted to
the children of Israel.

^{5:4} et stabit et pascet in fortitudine Domini
 in sublimitate nominis Domini Dei sui et
 convertentur quia nunc magnificabitur usque ad
 terminos terrae

^{5:5} et erit iste pax Assyrius cum venerit in terram
 nostram et quando calcaverit in domibus nostris
 et suscitabimus super eum septem pastores et
 octo primates homines

^{5:6} et pascent terram Assur in gladio et terram
 Nemrod in lanceis eius et liberabit ab Assur cum
 venerit in terram nostram et cum calcaverit in
 finibus nostris

^{5:7} et erunt reliquiae Iacob in medio populorum
 multorum quasi ros a Domino et quasi stillae
 super herbam quae non expectat virum et non
 praestolatur filios hominum

^{5:4} And he shall stand, and feed in the strength of
 the Lord, in the height of the name of the Lord,
 his God: and they shall be converted, for now
 shall he be magnified even to the ends of the
 earth.

^{5:5} And this man shall be our peace, when the As-
 syrian shall come into our land, and when he
 shall set his foot in our houses: and we shall
 raise against him seven shepherds, and eight
 principal men.

^{5:6} And they shall feed the land of Assyria with the
 sword, and the land of Nemrod with the spears
 thereof: and he shall deliver us from the Assyr-
 ian when he shall come into our land, and when
 he shall tread in our borders.

^{5:7} And the remnant of Jacob shall be in the midst
 of many peoples, as a dew from the Lord, and
 as drops upon the grass, which waiteth not for
 man, nor tarrieth for the children of men.

Michaeae 6

5:8 et erunt reliquiae Iacob in gentibus in medio
populorum multorum quasi leo in iumentis
silvarum et quasi catulus leonis in gregibus
pecorum qui cum transierit et conculcaverit et
ceperit non est qui eruat

5:9 exaltabitur manus tua super hostes tuos et
omnes inimici tui interibunt

5:10 et erit in die illa dicit Dominus auferam equos
tuos de medio tui et disperdam quadrigas tuas

5:11 et perdam civitates terrae tuae et destruum
omnes munitiones tuas et auferam maleficia de
manu tua et divinationes non erunt in te

5:12 et perire faciam sculptilia tua et statuas tuas de
medio tui et non adorabis ultra opera manuum
tuarum

5:13 et evellam lucos tuos de medio tui et conteram
civitates tuas

5:14 et faciam in furore et in indignatione ultionem in
omnibus gentibus quae non audierunt

Micheas 6

5:8 And the remnant of Jacob shall be among the
Gentiles, in the midst of many peoples, as a lion
among the beasts of the forests, and as a young
lion among the flocks of sheep: who, when he
shall go through, and tread down, and take there
is none to deliver.

5:9 Thy hand shall be lifted up over thy enemies,
and all thy enemies shall be cut off.

5:10 And it shall come to pass in that day, saith the
Lord, that I will take away thy horses out of the
midst of thee, and will destroy thy chariots.

5:11 And I will destroy the cities of thy land, and will
throw down all thy strong holds, and I will take
away sorceries out of thy hand, and there shall
be no divinations in thee.

5:12 And I will destroy thy graven things, and thy
statues, out of the midst of thee: and thou shalt
no more adore the works of thy hands.

5:13 And I will pluck up thy groves out of the midst
of thee: and will crush thy cities.

5:14 And I will execute vengeance in wrath, and in
indignation, among all the nations that have not
given ear.

Chapter 6

6:1 audite quae Dominus loquitur surge contende
iudicio adversum montes et audiant colles vocem
tuam

6:2 audiant montes iudicium Domini et fortia
fundamenta terrae quia iudicium Domini cum
populo suo et cum Israhel diiudicabitur

6:3 populus meus quid feci tibi et quid molestus fui
tibi responde mihi

6:4 quia eduxi te de terra Aegypti et de domo
servientium liberavi te et misi ante faciem tuam
Mosen et Aaron et Mariam

6:5 populus meus memento quaeso quid cogitaverit
Balac rex Moab et quid responderit ei Balaam
filius Beor de Setthim usque ad Galgalam ut
cognosceret iustitias Domini

6:6 quid dignum offeram Domino curvem genu Deo
excelso numquid offeram ei holocaustomata et
vitulos anniculos

6:1 Hear ye what the Lord saith: Arise, contend
thou in judgment against the mountains, and
let the hills hear thy voice.

6:2 Let the mountains hear the judgment of the
Lord, and the strong foundations of the earth:
for the Lord will enter into judgment with his
people, and he will plead against Israel.

6:3 O my people, what have I done to thee, or in
what have I molested thee? answer thou me.

6:4 For I brought thee up out of the land of Egypt,
and delivered thee out of the house of slaves:
and I sent before thy face Moses, and Aaron, and
Mary.

6:5 O my people, remember, I pray thee, what Bal-
ach, the king of Moab, purposed: and what Bal-
aam, the son of Beor, answered him, from Setim
to Galgal, that thou mightest know the justice of
the Lord.

6:6 What shall I offer to the Lord that is worthy?
wherewith shall I kneel before the high God?
shall I offer holocausts unto him, and calves of a
year old?

Michaeae 6

6:7 numquid placari potest Dominus in milibus
arietum aut in multis milibus hircorum pinguium
numquid dabo primogenitum meum pro scelere
meo fructum ventris mei pro peccato animae
meae

6:8 indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid
Dominus quaerat a te utique facere iudicium et
diligere misericordiam et sollicitum ambulare
cum Deo tuo

6:9 vox Domini ad civitatem clamat et salus erit
timentibus nomen tuum audite tribus et quis
adprobabit illud

6:10 adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis et
mensura minor irae plena

6:11 numquid iustificabo stateram impiam et saccelli
pondera dolosa

6:12 in quibus divites eius repleti sunt iniquitate
et habitantes in ea loquebantur mendacium et
lingua eorum fraudulenta in ore eorum

Micheas 6

6:7 May the Lord be appeased with thousands of
rams, or with many thousands of fat he goats?
shall I give my firstborn for my wickedness, the
fruit of my body for the sin of my soul?

6:8 I will shew thee, O man, what is good, and what
the Lord requireth of thee: Verily to do judg-
ment, and to love mercy, and to walk solicitous
with thy God.

6:9 The voice of the Lord crieth to the city, and sal-
vation shall be to them that fear thy name: hear
O ye tribes, and who shall approve it?

6:10 As yet there is a fire in the house of the wicked,
the treasures of iniquity, and a scant measure full
of wrath.

6:11 Shall I justify wicked balances, and the deceitful
weights of the bag?

6:12 By which her rich men were filled with iniquity,
and the inhabitants thereof have spoken lies, and
their tongue was deceitful in their mouth.

Michaeae 7

6:13 et ego ergo coepi percutere te perditione super
peccatis tuis

6:14 tu comedes et non saturaberis et humiliatio tua
in medio tui et adprehendes et non salvabis et
quos salvaveris in gladium dabo

6:15 tu seminabis et non metes tu calcabis olivam et
non ungueris oleo et mustum et non bibes vinum

6:16 et custodisti praecepta Omri et omne opus
domus Achab et ambulasti in voluntatibus eorum
ut darem te in perditionem et habitantes in ea in
sibilum et obprobrium populi mei portabitis

Micheas 7

6:13 And I therefore began to strike thee with desolation for thy sins.

6:14 Thou shalt eat, but shalt not be filled: and thy humiliation shall be in the midst of thee: and thou shalt take hold, but shalt not save: and those whom thou shalt save, I will give up to the sword.

6:15 Thou shalt sow, but shalt not reap: thou shalt tread the olives, but shalt not be anointed with oil: and the new wine, but shalt not drink the wine.

6:16 For thou hast kept the statutes of Amri, and all the works of the house of Achab: and thou hast walked according their wills, that I should make thee a desolation, and the inhabitants thereof a hissing, and you shall bear the reproach of my people.

Chapter 7

7:1 vae mihi quia factus sum sicut qui colligit in
autumno racemos vindemiae non est botrus ad
comedendum praecoquas ficus desideravit anima
mea

7:2 periit sanctus de terra et rectus in hominibus
non est omnes in sanguine insidiantur vir fratrem
suum venatur ad mortem

7:1 Woe is me, for I am become as one that gleaneth in autumn the grapes of the vintage: there is no cluster to eat, my soul desired the first ripe figs.

7:2 The holy man is perished out of the earth, and there is none upright among men: they all lie in wait for blood, every one hunteth his brother to death.

Michaeae 7

- 7:3 malum manuum suarum dicunt bonum
princeps postulat et iudex in reddendo est et
magnus locutus est desiderium animae suae et
conturbaverunt eam
- 7:4 qui optimus in eis est quasi paliurus et qui
rectus quasi spina de sepe dies speculationis tuae
visitatio tua venit nunc erit vastitas eorum
- 7:5 nolite credere amico et nolite confidere in duce
ab ea quae dormit in sinu tuo custodi claustra
oris tui
- 7:6 quia filius contumeliam facit patri filia consurgit
adversus matrem suam nurus contra socrum
suam inimici hominis domestici eius
- 7:7 ego autem ad Dominum aspiciam expectabo
Deum salvatorem meum audiet me Deus meus
- 7:8 ne laeteris inimica mea super me quia cecidi
consurgam cum sedero in tenebris Dominus lux
mea est

Micheas 7

- 7:3 The evil of their hands they call good: the
prince requireth, and the judge is for giving: and
the great man hath uttered the desire of his soul,
and they have troubled it.
- 7:4 He that is best among them, is as a brier, and
he that is righteous, as the thorn of the hedge.
The day of thy inspection, thy visitation cometh:
now shall be their destruction.
- 7:5 Believe not a friend, and trust not in a prince:
keep the doors of thy mouth from her that sleepeth
in thy bosom.
- 7:6 For the son dishonoureth the father, and the
daughter riseth up against her mother, the
daughter in law against her mother in law: and a
man's enemies are they of his own household.
- 7:7 But I will look towards the Lord, I will wait for
God, my saviour: my God will hear me.
- 7:8 Rejoice not, thou my enemy, over me, because I
am fallen: I shall arise, when I sit in darkness,
the Lord is my light.

Michaeae 7

7:9 iram Domini portabo quoniam peccavi ei donec
iudicet causam meam et faciat iudicium meum
educet me in lucem videbo in iustitiam eius

7:10 et aspiciet inimica mea et operietur confusione
quae dicit ad me ubi est Dominus Deus
tuus oculi mei videbunt in eam nunc erit in
conculcationem ut lutum platearum

7:11 dies ut aedificentur maceriae tuae in die illa
longe fiet lex

7:12 in die illa et usque ad te veniet Assur et usque
ad civitates munitas et a civitatibus munitis
usque ad flumen et ad mare de mari et ad
montem de monte

7:13 et erit terra in desolationem propter habitatores
suos et propter fructum cogitationum eorum

7:14 pasce populum tuum in virga tua gregem
hereditatis tuae habitantes solos in saltu in
medio Carmeli pascentur Basan et Galaad iuxta
dies antiquos

Micheas 7

7:9 I will bear the wrath of the Lord, because I have
sinned against him: until he judge my cause, and
execute judgement for me: he will bring me forth
into the light, I shall behold his justice.

7:10 And my enemy shall behold, and she shall be
covered with shame, who saith to me: Where
is the Lord thy God? my eyes shall look down
upon her: now shall she be trodden under foot
as the mire of the streets.

7:11 The day shall come, that thy walls may be built
up: in that day shall the law be far removed.

7:12 In that day they shall come even from Assyria
to thee, and to the fortified cities: and from the
fortified cities even to the river, and from sea to
sea, and from mountain to mountain.

7:13 And the land shall be made desolate because of
the inhabitants thereof, and for the fruit of their
devices.

7:14 Feed thy people with thy rod, the flock of thy
inheritance, them that dwell alone in the forest,
in the midst of Carmel: they shall feed in Basan
and Galaad, according to the days of old.

Michaeae 7

7:15 secundum dies egressionis tuae de terra Aegypti
ostendam ei mirabilia

7:16 videbunt gentes et confundentur super omni
fortitudine sua ponent manus super os aures
eorum surdae erunt

7:17 lingent pulverem sicut serpens velut reptilia
terrae proturbabuntur de aedibus suis Dominum
Deum nostrum desiderabunt et timebunt te

7:18 quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem et
transis peccatum reliquiarum hereditatis tuae
non inmittet ultra furorem suum quoniam volens
misericordiam est

7:19 revertetur et miserebitur nostri deponet
iniquitates nostras et proiciet in profundum
maris omnia peccata nostra

Micheas 7

7:15 According to the days of thy coming out of the
land of Egypt, I will shew him wonders.

7:16 The nations shall see, and shall be confounded at
all their strength: they shall put the hand upon
the mouth, their ears shall be deaf.

7:17 They shall lick the dust like serpents, as the
creeping things of the earth, they shall be dis-
turbed in their houses: they shall dread the
Lord, our God, and shall fear thee.

7:18 Who is a God like to thee, who takest away in-
iquity, and passest by the sin of the remnant
of thy inheritance? he will send his fury in no
more, because he delighteth in mercy.

7:19 He will turn again, and have mercy on us: he
will put away our iniquities: and he will cast all
our sins into the bottom of the sea.